

2523

C O D I C E S

2524

XXI. fol. 256. Sermo de Christi Adventu in illud Genes. c. 45. *Pro salute vestra misit me dominus in Aegyptum &c.* Initium: *Que verba possunt predicari de aduentu Christi. quia Ioseph significat Christum &c.* Exponuntur deinceps septem illae ab O. incipientes Antiphonae, quae totidem diebus ante Natalem Domini in Ecclesia cantantur.

XXII. fol. 257. p. 2. *Epistolam subscriptam Vniuersitas Pragensis post mortem Magistrorum venerabilium Magistri Iohannis Hus et Magistri Ieronimi de Praga ad diuersa Regna et provincias testimonium perhibens de vita ipsorum et conuersatione laudabili destinavit.* Extat inter Epistolas *Hussi* Opp. P. I. p. 103. numero LXV. Initium: *Uniuerſis ſanctae matris ecclesiae catholice filiis — Et si inter multas et arduas sollicitudines &c.* Data die XXIII. mensis Maij Anno domini MCCCCXVI.

XXIII. fol. 258. *Sententia Concilij Constantiens. lata primum contra M. Iohannem Wycleff et M. Hus et tandem contra M. Ieronimum de praga.* Extat T. XVI. *Collect. Concil. Venet. col. 409.* hoc initio: *Christus deus et saluator noster vitis vera &c.* Lata die 30. Maij, a. 1416. qua et crematus Hieronymus. Exemplum nostrum male *Idus Iulij*, neque reſcius in fine post *anathematizatum* adtextit: *et ignis voragini finaliter comburendum. Et si quis eum in hijs et similibus velit excusare, simili pene subiacebit.*

XXIV. fol. 258. p. 2. *Litera subsequens est Regis Vngarie Sigismundi Responsua satisfacere volens illi quam scripserunt Barones Regni Boemie et Moraue ad Constanciam dolentes de combustione Magistrorum Iohannis Hus et Ieronimi.* Epistolam illam N. VI. hujus Cod. indicavimus. Praefens sermone *Bobemico* conscripta est: *My Sigmund bozy milosti Rymſky Kral &c.* Latinam produxit jam *Cochlaeus* saepe cit. L. IV. p. 155. qui tamen ipse conjicit *bobemice* exaratam fuisse.

DCLXIII.

Codex chartaceus lat. Sec. 843 XV. Folior. 251. 8. quorum tamen multa vacua, non una manu exaratus varia hoc ordine complectitur: I. *Collectanea homiletica* varia, dein de *Matrimonio*, de *Poenitentia*, de *Confessione*, et speciebus *Peccatorum* cum *Formula* se de his accusandi.

II. fol. 51. *Explanationem Decalogi*, cujus hic ingressus: *Cum secundum veritatis testimonium Math. 19. ad ingressionem in patriam sufficit et requiritur mandatorum seruancia — Vnde quidam considerantes quod christus et sui apostoli fidem scripture in linguis varijs conscripserunt, doctrinam decalogi tam in lingua latina quam Boemica diuerso scemate diuersis hominibus collegerunt &c.* Haec *Joh. Hussi* aut alicujus illius adflectae esse probabile faciunt fensa plura, quae iisdem verbis et in hoc Codice, et T. I. Opp. *Hussi* edit.

2525

CASUISTICI

2526

edit. 1715. p. 210. 211. de *Triplici Credere* leguntur. Quae vero in illa Edit. p. 38. de *Decalogo* habentur, nec decimam partem eorum, quae *Codex* continet, aequant.

III. fol. 86. p. 2. resumuntur Collectanea et Notata varia in usum Praedicatorum, Interpretum f. Scripturae &c.

IV. fol. 128. *Tractatus de destructione prostibulorum*. Autor innotescit e miniata hac clausula: *Explicit tractatus Reuerendi Magistri Jacobelli de Miza in quo determinat quod prostibularie et publicani sunt destruendi et quod nullus fidelis christianus debet eos fauere aut defendere propter aliqua lucra huiusmodi sub pena damnationis perpetuae. Anno domini M^o. CCCC^o. XV. secunda feria post Bartholomei hora XV. est finitus*. Initium vero sic habet: *Quia lex diuina christianorum est munda et immaculata per quam Christianus immaculate se debet custodire ab hoc seculo &c.* Autoritate sacri Textus per totum pugnatur. Neminem eorum, qui de *Jacobo* egerunt, hujus Scripti meminisse puto, quod saepius in *Indice* adnotatur.

V. fol. 133. *Sermo beati Augustini de eo quod indurauit dominus cor pharaonis*. Incipit: *Quociens lectio illa recitatur fratres karissimi in qua frequenter audiuius &c.* Reiectus in *Append. T. V.* edit. *Maur.* col. 45.

VI. fol. 136. *Epistola beati Bernardi ad parentes proprios prohibentes religiosum habitum*. Falsum; est enim scripta in persona

Eliae monachi, et extat numero CXL. edit. *Maur. Paris.* 1690. Vol. 1. col. 119. hoc initio: *Sola causa qua licet parentibus non obedire deus est &c.*

VII. fol. 137. p. 2. *Sermo ad clerum in aduentu domini, Magistri Johannis de Husinecz in illud: Confirmate corda vestra. quoniam aduentus domini appropinquabit. Jac. V. et in currentis temporis officio*. Initium: *Beatus Bernbardus sermonem suum de aduentu incipiens &c.* Non *Jac. C. II.* ut praefert editio T. II. *Opp. Hussi* supra cit. p. 62. ubi *Sermo* noster habitus dicitur ad *S. Clementem prope Pontem Pragae*, in *Commemoratione Caroli IV. Imp.* qui 29. Nov. obierat. Sunt, quae e *Codice* editionem perficerent et vicissim. Omittit tamen Editio *Viros doctos duos in illa enumeratione: Sed rogo, quid Magistri nostri sacre theologie professores dicerent, si defuncti ueraciter responderent &c.* videlicet: *Quid Ianco Mathematicus promptissimus? Quid Nicolaus Rachozeuic poeta prestantissimus?* quos cum apud *Balbinum* non reperiam, eruditis *Bobemis* discutiendos relinquere cogor.

VIII. fol. 146. *Sermo magistri Matbie de vana gloria respuenda*. In illud: *In frumento primo balsamum et mel et oleum et resinam proposuerunt in nundinis tuis. Ezech. XXVII.* Initium: *Nota nundine uel forum christiani et forum christi et forum dyaboli est tota hec presens vita &c.* *Matbiam* hunc a *Lanow*, *Janow* aut *Panow* dictum esse puto, alias *Parisiensem*, mortuum

2527

C O D I C E S

2528

tuum a. 1394. de quo *Balbini Bohemia docta* P. II. edit. *Ungar.* p. 177.

IX. fol. 150. resumuntur *Excerpta Theologica e PP. et aliis,*

Regnum Bohemie tot villas continet in se.

Triginta milia CCC^{as} LX^{ta} IIII^{or} villas.

DCLXIV.

70 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 492. f. caractere luculento perscriptus continet *Anonymi Opus de Doctrina morum* five *Officiis hominis Christiani*, speciatim *de Ieiunio*, *de Poenitentia*, *de Vitiis et Virtutibus*, *de octo Beatitudinibus*, *de Caritate Dei et Proximi*, *de Decalogo*. Initium est: *Uon den viertzig tagen der heiligen vasten wie man dye vasten sol vnd wer da vasten sol vnd ist davon erst zw merkchen wer dye vierczig tag der beilligen vasten hat auf gesaczt &c.* Post PP. *Augustinum*, *Hieronymum* et *Bernardum* Autor plurimum *Thomae* et *Scoto* innitur, mediamque inter rigorem et dissolutionem insistens viam nihil absoni tradit. Finit vero: *zu der selbigen glori sol vns fueren vnd die verleihen die heilig driualtigkait vnd die war vngetailte ainichait got der vater vnd der sun vnd der beilig geist dem do ist ere vnd glori tugend chraft vnd macht an end ymmer ewigkleichen Amen.* Index Capitum Codicem terminat, cujus Thecae interiori adglutinatae sunt Literae membranae *Georii Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopi Ecclesie Patauien.* in qui-

etiam *Job. Husso* de diversis materiis, inspersis aliquando glossis bohemicis. Inter alia notatur:

bus nomine Sedis Apostolicae expensas refert *Wencestao Ghyem Decano Patauiensi* florenos mille. *Dat. Anno domini millesimo quadringentesimo quintodecimo indict. octava die duodecimo mensis Iunii, Apostolica sede vacante.* Testes: *Joannes Hiebenstreit*, *Conradus de Laymingen*, et *Walcbunus Haderer* Canonici Ecclesie Patauiensis.

DCLXV.

Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 149. 4. nitide exaratus, rubricisque distinctus sequentia continet: I. Expositionem Decalogi pro Rudibus: *Von den zehen gepoten dew moysi von got geben sind.* Initio recitantur X. Praecepta, dein subjungitur: *Das sind die heiligen zehen gepot die vns menschen der almüchtig got gepotten hat &c.*

II. fol. 21. p. 2. sequitur Institutio de gemino Caritatis Praecepto: *Von den zwayen gepoten der lieb.* Initium: *In ainem waren kristenleichen glauben &c.* *Wie wol mir ainualtigen priester von meiner grossen vnuerstenntnuss wegen vil notdurftig wer &c.* Prodiit Libellus iste typis *Dilinganis* 1612. cum duobus aliis *Hugonis Victor.*